

Uj lat. ir. Qu.

54

R. M. Jr.
T. 46.



CORONA NUPTIALIS.
SERENISS: AC POTENTISSL:
PRINCIPIS ET DOMINI,

Dn. GABRIELIS

D. G. SAC: ROM: IMP: & TRAN:
PRINCIP: &c: PARTIUM REG: HUNG:
Dn. Sici: Com: &c: Oppulie ac Ratib: DVCIS &c.
Illustriss. SPONSI. 27.

C V M

SERENISSIMA PRINC: AC
DOMINA,

Dn. CATHARINA
MARCHIONISSA BRANDEB:
Prus: Iuliz: Cliviz: Montium
Sedinorum: Pomer: Catub: Vandal: &c.
Nec non in SILESIA, CROS: CAR: Ducissa. Burg-
gravia NORIN: Rugia PRINC: COM: Marcæ
& Ravenspergij &c. Ravenstenij DOMINA:

Consecrata primūm Heroi Sponso & Il-
lustri eiusdemq; S ONS AE Heroe & amabili: Dehinc RE:
ACADEMIA Dan: i: b: iversis etiam
roceribus & &c. Isto
CONYVIARA die solenni N:

Anno: GabrleLI BethLeMlo Katharl-
na BranDebVrga est IV a VI. a VI.
Ab ANDREA Teutovillano Sereniss. Dn. Principis
Beneficiario.

BARTPHAE.

Typis IACOBI KŁOSZ.

CHRISTO DUCE
&
AVSPICE CHRISTO.

Nunc thalamos festos & casti fœdera lecti
Conventusque Ducum REGUM, celebresque
Dynastas,

Iam memorare licet, Geniali carmine Vatum,
Regifico instructos luxu, plausuque recenti.
Dum GABRIEL PRINCEPS, nulli virtute secundus,
Cœlicolum auxilio tædas init ipse jugales
Cum BRANDBURGIACÀ CATHARINÀ Principe, passim
Signum lætitiae sonat hinc, sub sydere, nec dum,
Quid prius hic tanto sonuerunt omnia plausu:
CHRISTE veni, mentem, vires animumq; gubernas.

Psal: 127.

Benedicat tibi Dominus ex Sion, ut videoas bo-
na Hierusalem, omnibus diebus vitæ tuæ,
& videoas filios filiorum tuorum.

AD SERENISS: PRINC: AC DOMINVM
Dn. GABRIELEM , SPONSUM SE-
cundum, verè secundum:

Vm Princeps Patrius, vidui post fata
cubilis (Musæ
Vincula Conjugij felix init: huc quoque
Accurrant, & Pieridū pia numina vatū,
Hūc agite? ac sensim dignas date carmine laudes,
Innumeri hūc properent Proceres Regniq; Dynastæ.
Quos generis comitatur honos, & gloria summa.
Hūc agite? Augusto & Iæto nunc tempore, lætis
Auspiciis tandem submittite lilia Nuptis;
Te prius hic versu Dux Illustrissime BETHLEM,
Nunc memorare decet, non facto carmine Vatum,
Ductor ades? thalamiq; fave veneranda canenti
Iura tui, & sanctas decorantem carmine tædas,
Respice: sic nostris audacibus annue cœptis.
Quid referam prius elogij? quo fine quiescam,
Virtutesnè canam? laudesq; tuas? bone Princeps.
Hungara progenies, toto celeberrima mundo,
Marte potens, rerum successu nonnè secundo?
Sicque favente Deo torques fastigia rerum
Aurea cui CHRISTUS Divinæ munera Legis
Concessit, moresq; pios & pectora plana:
Hic te dissimili haud sociat nunc sanguine Princeps,
MARCHIA DIS CATHARINAЕ sumens foedera lecti.
Quod precor, ut CHRISTUS præsentí pignore firmet

In te animum, juncta CATHARINA Principe, Prin-
Quæ tecum vitæ feliciter exigat annos, (ceps.
Et redeat clarus tandem post nubila Phœbus,
Haud res spes fallet G A E R I E L, sunt signa probata,
Em dotata venit casto tibi corpore, Sponsa.
Respice virtutes dignas, vultusque pudore
Ornatos? puri generosa sacraria cordis?
Connubio lœtare tuo, Sponsamque benigno
Amplexare animo, pariter da basia mille.
Sic vestro semper C A T H A R I N A arrideat ori.
Quæ tibi descendit clarâ hæc à stirpe Nepotum
M A R C H I A D U M, quorum jam dudum innotuit orbi
Præcellens virtus cum priscis cognita fastis:
O Sponse ô Princeps ô proles magna Parentum,
Hoc sapientis opus, restauras tempore & hocce,
Brumali adveniunt gelidi cum sydere soles:
Nunc emit hîc frondes, hîc vulpem subiicit, ille
Corrutas firmat sedes, gaudetque calore:
Tu melius C A T H A R I N A E solvens colla lacertis,
Quæ vita hac durante existet candor & ignis:
Des operam licito natura quod urget amori,
B E T H L E E N I O Squé novos gignas nec inutilis ætas
Transeat, hoc rerum licitus ceu postulat usus.
Quod si Sponse piâ tu prole beaveris aulam
Hûc ego cum Cythara medium in penetrale rever-
Atque novas lœto modulabor carmine cunas: (tar.
Muneris hoc ipsis præstet moderator Olympi,
Suppeditet votis nostris, potiora, precamur.

FLOSCULO VIRTUTUM
SERENISSIMÆ PRINCIPI AC
DOMINA E,
Dn. CATHARINA,
MARCHIONISSÆ BRANDENBURGICÆ:



ALVE præclarum Virtutis Numen &
omen (nusta.
Salve Bethlenij GABRIELIS Sponsa ve.
Haud te pœniteat fortunatissima Nym.
pha

Principe quod nostro Heroi, pia fœdera jungas.
De quo si vellem tenui nunc scribere versu,
Eloquar haud parvum ast magnâ virtute potentem
BETHLENIUM, cuius nullo delebitur ævo
Nomen: quis melior? dic quis studiosior æqui?
Quem patrium decus exornat, quem virtus avita
Et pia cepta beant, verisque coloribus ornant.
Non ille ignarus Legum, Iurisque Latini,
Non rudis Ausoniae, non artis amabilis expers,
Sed doctus Princeps, & summus amator honesti
Tum pietate gravis retinens simul æris acervos:
Eja igitur virgo Patriis illabere terris,
Sisque tuo Sponso felix o Sponsa benigna?
Prole bea, vestro veniat de semine Princeps,
Successor Patris, Patriæ, Reginique levamen.
Aspice nunc saltem lætentur ut omnia, passim
Numina, cum thalamis properas dare jura sacrata

A;

Aspice

Aspice turmatim, ut veniat gens Hungara ab oris
Omnes ingeminant plausum, votisque precantur
Annuat ut CHRISTUS cœptis, thalamūq; secundet.
Vive diu CATHARINA tuo cum conjugé, Conjunx,
Salvete æternūm Hungarie, æternūmq; valete.

PARAENESIS DIRECTA:
AD ILLVSTRISSIMOS DOMINOS
PROCERES ET BARONES, REGUM DU-
cūmq; sustinentes præsentiam, in hocce
solenni convivio Nuptiali, cujus-
cunq; dignitatis, honoris,
officij fuerint.

VOS Proceres pariter Regumq; Ducumq;
tenentes
Nuncia, nunc inter latices Epulasque
Pectorum,
Iam Festa hic agitantes Cassae, gaudia, passim
Magnifici Comites sublustris turba Baronum
Quos Princeps GABRIEL cœu gemmam observat
honore
Dux pius & sapiens ex æquo amplectitur omnes
Nuncius hic vel sit Romani præfulvis, hicce,
Invicticeu sit FERDANDI Cœsaris Heros.
Esto sane Hispaniz Regis pariterque potenteris

Anglos

Anglus opum Dives , sit fortis Danus & ipse
Gallus adest agilis, audax quoque Sarmata Pannon.
Quisquis ades tandem, Festa hæc convivia tractans
Hic veteres æquans Grajos veteresque Latinos.
Atque novo hospitio indulgens , & fessa Lyæo
Corpora restaurans multo , cum Nectare dulci.
Vobiscum voluit sacras consumere tædas,
Majestate animi ante alios , quæ Principe digna est
Hic Princeps Gabriel , sperans pia foedera Regum
Quæ conjuncta valent , franguntur singula telo ,
Et sunt felices quos fert concordia Cives :
Pax ades auratis frontem redimita capillis
Et refer antiquum dilapsi temporis ævum
Excedat terris rigido Bellona flagello
Aspera , pax nostras æternum protegat oras.



APPLAVSVS PROCERVM REGNI
HUNGARIAE.

Ejusdemque Gentis summa congra-
tulatio.

Amque dies cœlo dimittitur illa sereno
Cum Princeps G A B R I E L Catharinæ
fœdera jungit
Dicamus bona verba: Venit Dux Spon-
sus ad Aras,

Reddamus pia vota D e o , reddamus honores,
Ex animo nobis in vota secunda, secundis
Auspiciis veniunt, indultu nempe I e h o v æ
Qui nimium clemens prospexit ab axe sereno,
Pannoniæ lato dans signa faventia plausu.
Discidiis medio submotis omnibus, inter
Christlânos, Christlâna manent pia fœdera Reges
Cedant auratae Mayortia classica paci.
Cedant arma togæ , post tot fera prælia terris.
Pacis eat seclum , pacem te poscimus omnes,
Omnibus hoc toto sit votum gentibus orbe.
Quis neget hoc verum : Dùm Princeps Sponsus
amori
Serviat en licito? memor hic pariterque salutis,
Nec

Nec vult obscoenæ regnare libidinis æstus
Sed castæ castum CATHARINÆ adjungere fœdus.
Salve Festa dies thalami salvete pudici,
Salve dux Patriæ tu nunc nova gloria terræ.
Fata canunt; tibi partus honos per secla Nepotum
Effert se longum passim tua fama per orbem.
Annus at exactis, (complendo tempora cursu)
Mensibus, ante pedes atque ora utriusque Parentis,
Parvulus in magnâ ludat BETHLENIUS, aulâ.



MVNVS



MUNUS PRECUM
REVERENDORVM DOMINORVM
PASTORUM, HUNGARICARUM
Ecclesiarum.

O PRINCEPS hederam sacram,
Nos contexuimus, piumq; munus
Virentem tibi nempe Coronam,
Nostrarum precum Antidoton.
Musæ namq; hederâ albicante
Cingere solent tempora Heroum
Dona parva, tu Princeps benigne
Sume æquâ lance, rogamus:
Quæ nos officiosa turba, tanquam
Divis debita thura dedicamus.

AUTHOR



AUTHORIS VOTVM.

O Pro te bone Sponse Iesu,
Sponsis novellis adesto, vocatus
Supplici prece, nec spernas,
Vota piorum.


Da precor Sponso Pylios
Ut vivat annos, Sponsaque
Tandem beat prole piâ
Nomen avorum.


Splendescant terris, felici
Vtentes fortunâ vndiquaque,
Splendeant tandem nitore ævi
Tempore cuncto.

Præster hoc illis Sancta Trias
Cujus gloria æternum reboat.
Haud obliquâ, vota hæc acta,
Mente precabor.



M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA





FLOSCULO VIRTUTUM
SERENISSIMÆ PRINCIPI AC
DOMINÆ,
Dn. CATHARINÆ,
MARCHIONISSÆ BRANDENBURGICÆ:



ALVE præclarum Virtutis Numen &
omen (nusta.
Salve Bethlenij GABRIELIS Sponsa ve.
Haud te poeniteat fortunatissima Nym-
pha*

Principe quod nostro Heroi, pia fœdera jungas.
De quo si vellem tenui nunc scribere versu,
Eloquar haud parvum ast magnâ virtute potentem
BETHLENIUM, cuius nullo delebitur ævo
Nomen: quis melior? dic quis studiosior æqui?
Quem patrium decus exornat, quem virtus avita
Et pia cepta beant, verisque coloribus ornant.
Non ille ignarus Legum, Iurisque Latini,
Non rudis Ausoniae, non artis amabilis expers,
Sed doctus Princeps, & summus amator honesti
Tum pietate gravis retinens simul æris acervos:
Eja igitur virgo Patriis illabere terris,
Sisque tuo Sponso felix o Sponsa benigna?
Prole bea, vestro veniat de semine Princeps,
Successor Patris, Patriæ, Regnique levamen.
Aspice nunc saltem lætentur ut omnia, passim
Numina, cum thalamis properas dare jura sacrata

A;

Aspice

Copy - az MTAK
Kézirattár anyagából

KÉZIRATTAR 1956

